Quando sol reperiit in signis ignis. Uz. Alriete, Leone, vel Gagittario. Exēpli causa. Si sol in uno ditorū fuerit reperi signorum, expedit, ut Luna qđ reperiāt ibidē, q̄ si in eodē gradu, multo efficiens, reūtamē si fieri nō potuerit, sufficit vt in uno & eodē coeant signo. Illoc est aut plurimū aduertēdū, vt Luna augeat lumine. Dicitur etiā qđ in pmo cōgressu & eadē hora, Lune cum sole fiat.

De Lunationibus ad omnia experimenta.
Experimenta inuisibilitatis cū preparata fuerint, oportet vt Lū

reperiatur augens lumen, in piscibus, cum predictis obseruatiōibus.

Experimentū amoris, & gratie impetratiōis, cuiuscum generis sit, preparatū iuxta oīm p̄dictorū ordinē, expedit ut addēte lumine Luna sit in geminib⁹ vel virgine.

In experimento odij, discordie, dissidij, & separatiōis, cū iuxta tenuem oīm p̄dictorū preparatū fuerit, Luna debet esse in geminib⁹ vel Capricorno, & in principio combustionis.

Experimenta q̄z ludibriaz, cum obseruatōis obseruatiōib⁹ p̄nominat⁹, cōuenit omnino, vt Luna sit in Aquario, vel Leone, aut in

10 Taurō, & crescentis lumine.

Perq̄ necessaria doctrina & monitio optima. Capl. i.

Quia difficulter (si Astronom⁹ nō fueris) poteris obseruatiōnes horarū planetarū seu temporaliū, Planetarū q̄z dñia & cursus. Luneqz coitus & etates, inuenire, q̄uis facilima sint, ne sine fructu tristis abeas. Scias, si fide nō hesitaueris, sanite, castitate & imitulate erga Deū te habueris, & proximū tuū minime leseris, prudelubio, sine predictis solēnitatiib⁹ & obseruatiōib⁹, inconcussa fide, oīa quacumq; die & hora operando ad optatū effectū deduces, qz credem⁹ & nihil hesitāti, nihil impossibile est, sic nos experientia dictim docet.

20 Tu aut̄ quicunq; fueris, & hanc artē exerteri desideraueris his admonitionib⁹ fretus, fide perfecta, elige qd̄ malueris, in noīe Dñi.

Terū te admoneo, qz cum preparati & ordinata fuerint experimēta aliq; sicut supra diffusē cautū est, si eo vni, vel illud experimēta volueris, Causa solerter ut tēpus sit serenū, mansuetū, placabile, sine aura, vel turbine, sine aēreorū vel ventorū flatu, sed quietū. Quia si adiuratus spūs fueris, ad quecumq; volueris, & tempus sicut modo taxauim⁹, sedatū fuerit, sed econverso, tūc manifeste scias, qz qntūcumq; vel qliterūcumq; coniurati venire nō poterūt, qz spūs cū carnē & ossa nō habeat, levissimo venti flatu, vel tenuissima aura.

30 ra euaneſāt, qz spūs ignotis & tenuissimis ac purissimis materialib⁹, immo & impalpabilib⁹ creati sūt. Quidā in cōparabili pulchritudine predicti q̄uis cū ceteris imateriales. Quidā vero de splēdore igneo. Quidā aērei. Quidā terrei. Quidā de nubib⁹.

35 Qz si spūs, quis, pulchritudine p̄ditos aduocauerit, apparebūt exorcizatori, pulcherrimi & placibiles. Si quādo aduocauerit spūs igneos, vel splēdore igneo fulgētes, veniūt terribiliter cruxcātes, flāmifferi atq; fulgurātes. Si vero cōuocauerit spūs

* mēte tēpos
ibit.

Aerios, veniūt cū ventoꝝ maxīa turbine & vehemēti cōmotione.
Dixi aqueos vocaueris spūs, veniūt cū maximo imbre ac plu-
 uia & sonitu aquaꝝ, grādine quoqꝫ & tonitruis vehemētibus. **¶**
Qui si adiurauerit spūs terreos, veniūt horribiles, cū magna
 cōmotione, fragore, terre motu, & lapidū cōcussiōe, & horribili
 forma. Et quando adiurauerit spūs de natura nubiū. veniūt
 in turpissima forma, fragore, sonitu & rugitum maximū edēte.
Dūndo vero solares, idest de natura solis adiurauerit spiritus,
 veniūt in forma clarissima, fulgidi & lucidi, valde timorē incu-
 tientes. & dotti. Et de istis & alijs enumerat̄ per Salomonē in
 libro dogmatū & coartationū dicitur, q̄ cū cōuocati se visibiles
 offerunt, veniūt speciosi, ornatis & p̄tiosi vestimentis incluti, leti
 & gaudētes, venustate humana p̄dit̄, q̄uis aerei & inpalpabiles,
 & hāc ob causam (sic p̄libati sum⁹) cuiuscūqꝫ sint cōditionis, voca-
 ti, cū elemētales sint, apparere nequeūt, si tempus & aura spissa fu-
 erint, nebuleue, aut flarent venti. **C**icias etiā, q̄ spūs aerei
 sunt Orientales. Spūs vero ventosi & de natura nubiū sunt
 meridionales. At spūs aquosi, occidētales dicit̄. Dēs vero spi-
 ritus pulchri, speciosi & venustate p̄dit̄, septētrionales vocat̄.
DOpere p̄tū est nō ignorare, q̄ eligibili? melius, ac p̄statiūs,
 si experimēta pararet̄ versus orientē, q̄ alibi, q̄ plaga illa ce-
 teris mundi plagis prestat.
Experimēta Vorxow, & alia extraordinaria, efficioria
 comprobant̄, ordinata & parata versus Septētrionē. **C**etiā
 scias, q̄ si semel vnā experiētiā vel expimētiā, aut arte cū oībus
 p̄libatis ceremonijs compleueris & bene cōseruaueris, secundo
 vel amplius nō indigebis, reiterādo illud cū p̄tictis ceremonijs
 opari, nisi q̄cunqꝫ die & hora sine solēnitate p̄us habita. **D**ixi ex-
 perimentū inefficax euaserit, scit̄ illud falsū extitisse, aut cer-
 te, te debitū ritū & necessariā formā opādo illō nō obseruasse, &
 aliquid in eo scite vel negligenter p̄termisſisse. **C**Iterū non
 te pretereat̄ hoc p̄mū capitulū, cum sequēti secundo, esse cla-
 uem & substātiā tot⁹ Clauicule, & in eis pendūt oīa experi-
 menta & energia oīm artiū, nec sine istis quicqꝫ cōplebitur.
 ideo semp̄ p̄re oculis & manib⁹ habenda sunt.
Cequitur admodum necessaria additio, instru-
 merit generalis, ad sciendū omni tēpore die & hora,
 horam.

| G. G. G. G. G. | G. G. G. G. G. | Tabula quantitatis dierum. | | | | | | | | | | | | G. G. G. G. G. |
|----------------|----------------|----------------------------|--------|--------|--------|--------|--------|--------|--------|--------|--------|--------|----|----------------|
| Dolus. | Dolus. | 46 | 47 | 48 | 49 | 50 | 51 | 52 | 53 | 54 | 55 | Dolus. | | |
| 24 | 6 39 | 6 41 | 6 42 | 6 44 | 6 45 | 6 47 | 6 49 | 6 50 | 6 52 | 6 54 | 6 | | | |
| 27 | 6 44 | 6 46 | 6 47 | 6 49 | 6 51 | 6 53 | 6 55 | 6 57 | 6 59 | 7 1 | 3 | | | |
| m | 6 49 | 6 50 | 6 52 | 6 54 | 6 56 | 6 58 | 7 0 | 7 3 | 7 5 | 7 8 | mp | x | | |
| 3 | 6 53 | 6 55 | 6 57 | 6 59 | 7 1 | 7 4 | 7 6 | 7 9 | 7 11 | 7 14 | 27 | | | |
| | 6 57 | 7 0 | 7 2 | 7 4 | 7 7 | 7 9 | 7 12 | 7 15 | 7 17 | 7 20 | 7 24 | 7 27 | 21 | |
| 9 | 7 2 | 7 5 | 7 7 | 7 9 | 7 12 | 7 15 | 7 17 | 7 20 | 7 23 | 7 26 | 7 30 | 7 33 | 18 | |
| 12 | 7 7 | 7 9 | 7 12 | 7 15 | 7 17 | 7 20 | 7 23 | 7 26 | 7 30 | 7 33 | 7 36 | 7 39 | 15 | |
| 15 | 7 11 | 7 13 | 7 17 | 7 19 | 7 22 | 7 25 | 7 28 | 7 32 | 7 35 | 7 39 | 7 42 | 7 45 | 12 | |
| 18 | 7 15 | 7 18 | 7 21 | 7 24 | 7 27 | 7 30 | 7 34 | 7 37 | 7 41 | 7 44 | 7 47 | 7 51 | 9 | |
| 21 | 7 19 | 7 22 | 7 25 | 7 28 | 7 31 | 7 35 | 7 39 | 7 42 | 7 47 | 7 51 | 7 56 | 7 6 | | |
| 24 | 7 23 | 7 26 | 7 29 | 7 32 | 7 36 | 7 39 | 7 43 | 7 48 | 7 52 | 7 57 | 8 2 | 3 | | |
| 27 | 7 26 | 7 29 | 7 33 | 7 36 | 7 40 | 7 44 | 7 48 | 7 52 | 7 57 | 8 2 | 8 7 | 8 | | |
| x | II 7 30 | 7 33 | 7 36 | 7 40 | 7 44 | 7 48 | 7 52 | 7 56 | 8 1 | 8 6 | 8 12 | 27 | | |
| 3 | 7 33 | 7 36 | 7 40 | 7 44 | 7 48 | 7 52 | 7 56 | 8 0 | 8 5 | 8 10 | 8 16 | 24 | | |
| 6 | 7 36 | 7 39 | 7 43 | 7 47 | 7 51 | 7 56 | 8 0 | 8 5 | 8 10 | 8 16 | 8 20 | 21 | | |
| 9 | 7 38 | 7 42 | 7 46 | 7 50 | 7 54 | 7 59 | 8 4 | 8 9 | 8 14 | 8 20 | 8 23 | 18 | | |
| 12 | 7 40 | 7 44 | 7 48 | 7 53 | 7 57 | 8 2 | 8 7 | 8 12 | 8 17 | 8 23 | 8 29 | 15 | | |
| 15 | 7 42 | 7 46 | 7 50 | 7 55 | 7 59 | 8 4 | 8 9 | 8 15 | 8 20 | 8 26 | 8 32 | 12 | | |
| 18 | 7 44 | 7 48 | 7 52 | 7 57 | 8 1 | 8 6 | 8 11 | 8 17 | 8 23 | 8 29 | 8 | | | |
| 21 | 7 45 | 7 49 | 7 54 | 7 58 | 8 3 | 8 8 | 8 13 | 8 19 | 8 25 | 8 31 | 8 | | | |
| 24 | 7 46 | 7 50 | 7 55 | 7 59 | 8 4 | 8 9 | 8 14 | 8 20 | 8 26 | 8 32 | 8 | | | |
| 27 | 7 47 | 7 51 | 7 56 | 7 0 | 8 4 | 8 10 | 8 15 | 8 21 | 8 27 | 8 33 | 8 | | | |
| 30 | 7 47 | 7 51 | 7 56 | 7 0 | 8 5 | 8 10 | 8 15 | 8 22 | 8 27 | 8 34 | 8 | | | |
| | 7. hō. mi | hō. mi | hō. mi | hō. mi | hō. mi | hō. mi | hō. mi | hō. mi | hō. mi | hō. mi | hō. mi | hō. mi | g. | |

, Presentis Tabule quantitatis dierū et noctiū enodatio.

Acte gradū Solis e directo in columnula, q̄ gradib⁹ polarib⁹ subiactur; et patebit q̄ntitas t̄pis semidiurni, in horis et minutis suis, si sol in quopiam signorū borealium decurrerit. Aut q̄ntitas t̄poris seminocturni, si in australi aliquā fuerit. Qd' t̄pus seminocturni e duodecim horis subtractū relinqt q̄ntitatē t̄poris semidiurni. Semidiurnū autē t̄pus duplicitū, totum t̄pus diurnū, diē vñ artificiale ostendit. Preterea q̄ntitas diei ex. 24. horis ablata, q̄ntitatē noctis relinqt. Qd' si gradus solis in alterutro extremorum tabule nō appareat, animaduerte duos iuxta eū viciniores. Nā penes sicutum eius ad illos proportionalit̄ dicitādo elicies q̄ntitatē t̄pis seminocturni, aut diurni media quodammodo inter duas q̄ntitates diei duob⁹ illis viciniorib⁹ gradib⁹ correspondentes. Porro semidiurnū t̄pus patescit qua hora sol occidit. Sicut et seminocturnū t̄pus, ortū solis declarat. Ope precium emm fuit, ut post instrumentū ḡnale horas t̄poralium ac visualium, id est a meridie, p̄sens tabula subiaceret, pro situatiōe almuri in instrumento.

Capitulū secundū, q̄liter Exercitator se exhibere debet.

Quod erator artiū seu experimētor, p̄mo debet prepondeare cu-
iusmodi arte seu experimēti intēdat facere, et cū deliberat
fuerit, scribat seriālē totū experimēti tñq̄ memoriale in ar-
tā aliq̄, ne cū in ope p̄occupat, quid postergat, vel obliuioni, aut
inturie vicio obmittat vel reiteret viciose. Similiter, siquid est sail-
pendū, pingēdū, trasterizādū in artāq̄ virgineā exarandū, vel
qđcūq̄ aliud experimēti faciēdū, prius ad amissim et exacte pre-
parat. Animaduertat nec min⁹, ut in p̄dicto memoriali specificet
10 diē et horā opandi, similiter reliq̄ requisita, quaten⁹ in initio opis
in medio aut expeditiōe perturbatū et cōfusum inueniat. Nonum
in q̄ opaturus est habeat cōdecēter mūdarū et expiatū. Demum
oīa sic preuisa, introeat suū sequestratiū cōclane, ubi nulli scitus
aut cōspici⁹ sit, rumore q̄ et tumultu q̄uicūq̄ expers, aut leuis,
15 simo impedimēto, et inibi exuat se restimēta oīa, et in balneo aut
aqua exortizata, sic infra citat, se lauet, fundēs aquā sup caput,
et inde ad pedes decurrat, interimq̄ seqnēte dicit orationem.


Domine Iesu Ch̄re fili Dei viui, qui in Jordaniis aliueo a Jo-
anne baptizatus, tuo baptismo sanctificasti aquas n̄ri baptis-
20 matis. De tuo q̄ latere lancea p̄forato, sanguis et aqua disticte
manauit, in remissionē p̄dor⁹ n̄rōz. Te humilr̄ dep̄cor, q̄ tua a-
marissima passiōe, in tuo sanguine et despectissima morte mū-
dū redemisti, ut me in immēsa mīa tua laues ab oī in q̄namē-
to corporis et aīe, et bñdicere digneris aquā istā et sanctificare vn-
25 dam, ut ea persusus, careā oī neq̄tia et in q̄namēto corporali et
spirituali, et in virtute tua null⁹ visibilis aut inuisibilis ad no-
cēdū vel q̄liter cūq̄ leue terēdū, inimic⁹ appropinq̄re valeat,
mihi vel sodalibus meis. Qui viuis et regnas, cū Deo p̄e. ac.

Quoniam potest et misericordis Deus toti⁹ maiestati et ineffa-
bilis bonitatis. Qui unigenitū filiu tuū, dñm n̄m Ihsū
Ch̄m, voluisti a Joanne in Jordane baptizare. Cōcede in im-
mēsa bonitate tua, ut aqua ista per te sit sanctificata, et tua vir-
tute munita, ut ea baptizat⁹ et lotus, sīm in nouū hoīem muta-
tus, sanctificat⁹ et mūdat⁹ de oīb⁹ petis meis, quaten⁹ inimic⁹ hūa-
35 n̄gnis nullū sibi in me inueniat, nūc et semp et in hora mortis
mee locū seu partē. Per eūdē dñm n̄m Ihsū Ch̄m filiu tu-
um. Qui tecū viuit et regnat in unitate sp̄uscat Deus. P. ac.

Celis dictis, lauabis totū corpus tuū, et induas te vestimentis lī
neis, mūdis et candidis, et ad minūs tribus diebus ab omni illūto et
imūditia te abstine, et c. sicut in capitulo de ieiunijō cōtinet. Et ijs fol. 89. li. 21.
trib⁹ dieb⁹, quater q̄libet die dicit se q̄ntē orōnē, sumo mane semel,
hora tertia, secūdo, hora nona, tertio, et circa octasum, id est hora
cōpletorij quarto. Quū aut̄ dormitū iuerit recitat illā q̄niques.

ABraxio vel Alblasio, Alsatich, Alsa, Radimullas, Si-
lar, Alnabonas, Binam, Bomblem, Ladocloch, Altrazal,
Cephire, Idonti vel Idani, Alinchata, Baruthata, Al-
donay, Eloy, Emagro, Abraxio, Athedict, Brathiel, Barath,
Spanul, vel Samamul, Adelchadac, Cray, Ely, Aya, Alni-
stra, Ughima, Bathca, David, Dama, Damya, Yarael, vel
Rathiel, Ildehel, Ildeamon, Eegen, Hemas, Jesus, Deus, Deus,
Cōcede mihi perseveratiā in ope meo et effectū desideratū in intē-
tione mea. Et per te Aldonay, q̄ solus oīpotēs es, et sine tuo nutu q̄cā
fieri pot in Celo sursum, nec in terra deorsum. Te dep̄cor ut mihi
cōcedas adimplere inxtutę tua, q̄ p̄e manib⁹ habeo et incipere volo,
P̄er dñm nřm Iesum Chrm filiū tuū. Qui tecū viuit et regit. a.c.

Cl̄asactis tribus diebus, incipiat p̄parare artē seu expimētū
quā vel qd̄ facere decreuisti. Debēt isti dies esse serenissimi a tur-
bine aēreorū et vētorū omnino imunes, similiter et dies opatiōis, ex-
pectet et p̄cise horā quā expimētū reqr̄it, quū aut̄ inceptū sic fuerit
perseueret oī hora in eo donet cōpleteat op̄suū, et sic perueniet pro-
tudubio ad optatum effectum, alioquin in cassum ibūt omnia.



Exemplū triū extimorum
peripheriarū. Ilakeo. 2. dies
martyj, cui addo. 6. sub eo, et
erūt. 8. q̄bus addo. xiii. radicis,
et aggregatio erit. 21. g. X.
Idari modo facio. ii. die quib⁹
adiūgo. 6. et erūt. 17. et addi-
tio radicis facit. 30. vñ ultim⁹
g. X. Similr die. 16. sic ince-
dendo. Ulz. cū. 16. et 6. cū
xiii. radicis habeo. 35. quibus
subducō. 30. et remanēt mihi
5. g. V. in q̄b⁹. O. illo die repit.

Il. iii.

R adix. xiii.

A Caplūm tertū q̄liter socij magri se habere debeat.
 Exortizator t̄ magr̄ artiū sūe experimētoꝝ q̄ndo aliqd
 operare voluerit, p̄mo solitus esse debet de collegis seu
 socijs q̄s secū habere oportet in om̄i arte vel experimēto, quod per cir-
 culū operare int̄edit, sūe unus, duo vel tres sint. Q̄ si nullū admi-
 serit, saltē canē secū in circulo ligatū habeat. Si vero socios elegerit,
 ad plenū eis sūu int̄etū t̄ mysteriū detegere debet, ip̄i q̄ promittat,
 seq̄ iuramēto cōstrigat suis iussiōibꝫ obtēperare t̄ irrefragabiliter ob-
 seruare t̄ nulla necessitate cōpulsi ad dexterā sūe ad sinistrā se dedi-
 naturos, alioquin tam ip̄is, q̄ magr̄ magnū periculū imminaturū
 nōdubitēt. Qui vero sic instituti, sp̄sioibꝫ firmissimis se cōstrixerint,
 Magr̄ accipiat aquā exortizatū, t̄ cū eis introeat cōclavi secretissimū,
 seu camerā exortizatū, t̄ expoliet eos, vel ip̄i sc̄ip̄os oībus indumentis
 suis, t̄ fundat sup̄ capitū eoz aquā bñdictā sic sup̄ t̄ infia cōtinetur,
 ita tñ vt a capite per totū corporis vnius cuiusq; ad pedes usq; decur-
 rat. Et dicat. Renouati, mūdificati t̄ baptizati sitis. In nomine
 P̄tris, et Iſilij, et Sp̄iūſtī, Amē, t̄ liberi ab oībus peccatis v̄ris, t̄ virtus
 altissimi descedat sup̄ vos, t̄ in vobis maneat semp, ut pariter im-
 plere valeam̄ desideriū n̄m, in opibꝫ n̄is. Per eundē dñm Deum
 oīpotētē, trinū t̄ vnu, P̄tem t̄ Iſilū t̄ Sp̄iūſtī. Qui viuit t̄ regnū
 Deus icōparabilis, Per oīa sc̄la sc̄loꝝ. Amē. Post hec induāt se di-
 scipuli vestimentis suis. Exuēdo aut̄ t̄ induēdose, faciat oīa sic supra
 t̄ infra de balneis habet. Unimaduertat etiā mḡ, vt oīa ista fiant
 per triduū ante q̄q̄ op̄is incipiāt. Q̄ndo vero aliquid incipe t̄ im-
 plere disposuerit, t̄ implerū fuerit, habeat ante oīa preparatū bal-
 neū nouum, sicut infra de balneo habet. Et eadē hora cōpleat om̄es
 solēnitates t̄ ceremonias experimēti seu artis. Et per triduū tam
 magister q̄ discipuli se ieunijos t̄ bonis opibꝫ exerceat, deinde incipiāt.
Et si mḡ vellet habere Catulū vel Canē pro socio. P̄to baptizet
 eū aqua exortizata, sic sup̄ dictū est de aq. Deinde suffumiget eum
 t̄ cōiuiret eū sic dicēdo. **Q** Oniuro te et exortizo te creatura canis
 per eū qui te creauit, t̄ baptizo t̄ suffumigo te, In nomine P̄tris et Iſilij,
 et Sp̄iūſtī. Amē, vt mihi sis verus t̄ fidelis comes t̄ socius plac-
 bilis in opere meo. In nomine P̄atr̄is et Iſilij et Sp̄iritus ſtī. Amen.
Q Si velles habere pro socio, puerū vel puellā in aliqua arte ex-
 ercenda, fac prius de eo vel ea sicut de Canē fecisti. Deinde cum vi-
 tro rade superficie vnguiū eius, t̄ dit. **Q** Oniuro te puerum vel

fol. 91. li. 23.

91. li. 23.

puellā. Per P̄drem & Iſiliū & Sp̄umſcm. Et per patrē Era-
mon. & per P̄drem Elyal. & per patrē Lyon, ut nequaq̄ habeas
potestatē celandi mihi, de quacūq; re te interrogauerit, & si mihi
obedies & fidelis. In noīe P̄dūs & Iſiliū & Sp̄uſſeti. Amē. Dein-
de laua eū veleā cū aq̄ exorcizata infra scripta. dīcēdo. Si renō-
natus vel renouata, & mundificatio vel mundificata cū aq̄ ista,
vt spiritu⁹ Dei bonus te obumbret & in te habitet. In noīe P̄dūs &
Iſiliū & Sp̄uſſeti. Amē. Deinde suffumigabis eū veleā, suffumiga-
tiōib⁹ inſcriptis. Et cū fuerit ita initiati socii vel discipuli, magi-
ster cū eis secū poterit incipere facere ac cōplere q̄cqd voluerit.

Credo tutela quoq; corporis & aie, q̄libet socioz secū habeat predi-
cta pētacula in curta virginea. Dōto q̄libet habeat sua pētacula
cōſecrata in precioso panno ſcriteo inuoluta cū ſpecieb⁹ aut ma-
terialibus odoſiferis, & ſic munit⁹ nihil feruidet, qr de oī periculo
immunes erūt, ſimul & a terrore ſecuri. Uerūtūmē expedit uni-
tuiq; diſcipuloz & mḡo, vt diſcipuli in nullo reluctēt mḡo, quin
pronī in oīb⁹ ei obtēperēt ſtatim, necnō & mḡe dehet ſemper eorum
vni cōſilio, & p̄parare queq; cū eis vſq; ad aurorā. Dōtēt magiſter
ſi libuerit eligere ſibi ſocios tres vel plures, dimittat magiſtro
in oīb⁹ obediāt, ne oēs obediētia pefpeſita vni⁹ periditent.

Tutela ſue
defenſio ex-
pediens.

Capitulum q̄rtū de ieuunijs, cufodia & ceteris obſeruatiōib⁹?

Magiſter opū hui⁹ artis, qui q̄cqd opari diſpoſuerit, ha-
beat cōplete oīa p̄parati. Et a p̄mo die inchoatiōib⁹ debet
ſe cū diſcipulis abſtinere, ab oīb⁹ illiciſ & ab oī inqnamē-
to corporis & aie pernitioſis cogitatiōib⁹, a turpi & vano eloquio & cō-
uertiōe muliez, luxuria, ludo, frequētatiōe populoz, & ſecorde
incredētiū, ſhūtiloq;o, mēdatio, & alijs in honestis inquinatiōibus,
q̄ q̄ aīam tā corp⁹ inſtituit. Sed peſtare debet fixe in ſuīma grauitate,
loquēdo, opādo, incedēdo, occurrēdo, ſtādo, comedēdo, bi-
bēdo, in lectū ſe recipiēdo, & inde ſurgēdo, & in oīb⁹ ſuis rebus occul-
te vel aperte imaculate cōuersādo, qr vniuerſe creature ſit ſuīmo
creatori ſeruūt & ſeruire delectat. Seraphim q̄ & Cherubim,
Throni & Dīnatōes. Virtutes cū pētūb⁹. P̄incipat⁹, Archā-
geli & angeli, atq; oīs coeleſtis exercitus. Qui & cōgaudēt & dele-
ctat cū hoīb⁹ eoꝝ imaculate cōuersantes & operātes co-
habitare, & in oīb⁹ eis aſſistere, fauere, patrocinare & adiuuare.
Multa aut̄ amplius hoc agūt P̄incipes ſub eoꝝ dīnatū in in-

feriorib⁹ partibus sub Lunari Caelo tāq⁹ cōdēnati cōstituti. Et hoc fieri debet per nouē dies, anteq⁹ quicq⁹ incipiat, maḡ cū discipulis. In his q̄ diebus oīa necessaria debet ēē parata. Et q̄libet die q̄ ma-

gister tā discipuli debet deuote dicere sequentem orationē. **Oratio.**

Domine Deus oīps⁹ propici⁹ esto mihi indigno pectori. Tibi enī soli peccauī t̄ malū corā te feci, t̄ nō sum dign⁹ leuare oīlos meos ad coelū, nec ut calcaneos pedū meor⁹ terfa sustineat. propt̄ multitudinē pector⁹ meor⁹. Iesu Ch̄ie fili⁹ Dei viii, q̄ velūtūtē patris, cooperāte Sp̄us tō propt̄ pectores de coelo in terrā descēdisti, t̄ no-

10 stis fragilitates t̄ misias pertulisti t̄ tūdē passus sub pōtio pilato in-

nocētissime cruci affixus despectissima morte interēptus, mortuus q̄ sepult⁹, t̄ tertia die resurrexisti, t̄ ad celos xp̄ia virtute glōsissime t̄ vīctoriosissime ascēdisti. Tu q̄ es pater misericordiar⁹ t̄ pietatis. Qui Ca-

15 naneā t̄ publicanū ad pñiam vocasti, t̄ latronē penitētē nō despexi-

sti, sed tecū in paradisum deduxisti. Te dep̄cor ut propt̄ oīa p̄dicta di-

mittas q̄ mihi indigno pectorū vniuersa delicta, q̄bus tuā tremēdā maiestatē cū p̄ce t̄ sc̄ospū ad iracūdiā prouocauī. Te q̄ hūiliter dep̄cor, ut cōcedas mihi q̄stūq̄ inuocuero t̄ in noīe tuo t̄ per nomē

20 tuū cōiurauero sp̄us, in virtute tua videre valeā, t̄ ab eis extorque-

ri q̄cupio. A te hanc exposco largitatē t̄ gratiā ut ante me cōpareat,

t̄ volūtūtē meā cōpleat. Per te iniuictissimū vītore t̄ trūphatorem

Regē regū t̄ dñm dñantiū, icōmutabile vīuētē cū Deo p̄ce t̄ sp̄us tō

per infinita sc̄lorū sc̄la. Amen. **D**omine Deus oīps⁹ Idr̄, q̄ in excel-

25 so t̄ in inacessibili throno. Deus toti⁹ maiestatis glōsissime, sedes. nul-

lius egēs t̄ cūcti t̄ cūcta tui ineuitabiliter. Qui ab issos intueris t̄ sedes

sup Cherubim. Ad te expāsis manib⁹ damo, t̄ q̄ hūilime deprecor,

ut exaudias meā (sine te in oībus deficiētē, inhabile, t̄ tāq⁹ canem

mortuū t̄ despectū in oīb⁹ inutile atq̄ nullū momēti creature) ora-

tionē. t̄ amore dilectissimi filij tui, in q̄tibi semp bene cōplacuit, do-

30 mini nr̄i Iesu Christi, dignerſ cū eodē filiotuo, regere t̄ protegere,

deffensare t̄ gubernare me in dignū pectorē, quaten⁹ in circulo quē

in noīe tuo, facere dispono illesus, cūcta q̄cupio a spiritib⁹ per te ad-

iuratos t̄ cōuocatos, consequar. Per eūdē dñm nēm Ihsm Ch̄m fi-

liū tuū. Qui tecū in vnitate Sp̄us tō vīuit t̄ regnat. Doia sc̄la. &c.

35 **T**ribus vltimis diebus, anteq⁹ incipiāt, maḡ cū discipulis, in

die semel pane t̄ aq̄ reficiāt, qđ si nequerit saltē tib⁹ q̄dragesimā

libus sint cētēti, t̄ q̄libet die p̄dictā ditāt deuote orionē. Et vltimo

die, q̄ndo m̄gr cū suis socalib⁹ incepturi sūr expimētū, cū summa
cōtritioē cōfiteant p̄cta sua sacerdoti, vel saltē ip̄i se mutuo p̄fiteant,
in loco secreto, tāq̄ euntes ad mortē. Et in crepusculo eiusdē diei an-
teq̄ incipiāt, q̄libet perse corā Deo deuotissime dicāt hāc cōfessionē.

34. **Vig.** Confiteor tibi Deo oīpotēti Patrī. **Sicut sup̄ in primoli-**
li. 16. bre, folio. 34. linea. 16. habet. Cōfessione peracta, cōtrito & humili-
to corde, stādo in loco suo secreto, accipiat aquā exorcizatā & cū ysopo
aspergat faciē & corp⁹ suū dices. Asperges me dñe ysopo & mun-
dabor. Lauabis me & sup̄ niuē dealbabor. Deinde laua te totum,
10 cū tali aq̄, de q̄ habet infia in capitulo de balneis. Post hec inclue te
vestimentis tuis, sic habet infia in cap. de vestimentis. Similiter te suffi-
migabis, modo & forma in cap. de suffumigio citato. Quib⁹ peractis
& rite obseruat, perge cum oībus instrumētis & alijs rebus in opere ne-
cessarijs ad locū destinatū in q̄ circulū factur' es, & fac circulū cū sū-
mostudio sic sepe monitū est. Et p̄usq̄ incipias, cōfiteere peccata tu-
a, cū discipulis tuis & se inuitē absoluāt, sic sacerdos cū ministro &
circuastatib⁹ facit anteq̄ missam incipiāt, & det vniuersiq̄ alteri
ostulū pacis, & caueat discipuli, ne vñq̄ discipuli p̄tereāt p̄ceptū ma-
gistrī, alioqñ totū opus cōfunderet, & vtrisq; immineret periculum
20 magnū, & m̄gr instruat eos denuo, & cōfortet eos, sic sepe dictū est in
precedentib⁹ capitul, & oīa ista rite ordinata & obfūata, incipiāt & si-
ne intermissione opus ad finē deducat, semp̄ Deū in mēte habēdo.

Lapitulum quintum tractat de Balneis.

25. **B**alneū omnino necessariū est in arte. Quā igit̄ arte aliquam
fatere voluer̄, die ultimo ante inceptionē circuli, preparatiōnib⁹
bus ad artē p̄tinētib⁹, in suis horis & dieb⁹, eat ad fentē lucile-
tem, vel ad flumē curriētē aq̄ līmpidissima, aut ad balneū, vel ad aliā
aquā calidā & mūdā. Et stat̄ corā aq̄ dicit cōfessionē, Deinde psal-
mos sequentes attente & cum deuotione debiti genib⁹ flexis.

30. **C**ōfitemini dño qm̄. 11. **D**ixi custodiā vias m̄as. 37.
Dixit insipies in cor. 52. **C**alvū me fac Deus q̄ni. 68.
Clātate dño canticū no. i. 95. **C**lātate dño canticū no. 2. 97.
* **Q**uicq; vult salu-
esse. cc. **C**ōfitemini dño qm̄. 11. **H**is dictis cū deuotione, intret a-
quā seu balneū & dicit. **E**xorcizo te creatura aque, per illū q̄ te
creauit & in hūc locū te cōstituit, Et per illū q̄ in aq̄ Jordani se ba-
ptizare voluit, vt statim ejicias a te omnē sp̄m neḡ & oīa phantas-
mati atq; q̄cqd in corpe & aīa nocere p̄t. Id eūdē Dñm nostrū

Iesum Christum defensorē & protectorē nōm, sub cui⁹ potestate pa-
teroia posuit. Qui trūphator inuitus glōsissime trūphat De-
us, per oīa & in oīb' serp̄ bñdictus, regnās cū p̄ce in vnitate spi-
rituſſati Deus, per oīa ſcl̄a ſcl̄orū. Amen. Deinde, in noīe p̄is
& Iſili⁹ & Sp̄iſſeti, ſe incipiat lauare, facto ſigno crucis ſup̄ ſe, ter-
q̄ ſe aq̄ illa ſe aſpergat, dicens. Alſperge me Dñe haſ aqua & mū-
dabor, lauabis me, & ſup̄ niue dealbabor. Et bene lotus in noīe
Dñs & Iſili⁹, & Sp̄iſſeti exeat de aqua, & reinduat ſe veſtimētū
ſuis & dicat ſeq̄entes psalmos. **C**ū inuocarē exaudiuit. 4.

Lofitebor tibi dñe in toto. 9. Et **C**ōfitebor tibi dñe in toto.
ſecundū. 110. In exitu Iſrael de Egipto. 113. Heati immatulati
in via. 118. Lofitebor tibi dñe in tote corde meo, qm. tertiu. 137.
Dñe prolabi me. 138. In couertedo. 125. In fine quoru. dicit
Depte psalmi pñtētiales, cū Letania. Quib⁹ adde hanc ſequē

A Denay ſantissime, El potēs. Pder potēs. **I**tem orationē.
tissimū & corroberatū nomē Dei, El forte & admirabi-
le, per laudatū & glorificatū, magnū, ſctum, admira-
bile, tremendū, terribile, & inacceſſibile. Te adoro, te laudo, te
glorifico, te ſuperxalto & magnifico ſup̄ oīa. Te benedico, te inuo-
co & tibi grās ago. Te dep̄cor, vt per te hoc balneū ſit mihi aqua
ſalutis, & expatio, atq̄ ablutio oīm immūdiciorū interiorū & ex-
teriorū inquinamētorū corporis & aīe. Et pſta mihi vt ſic purgat⁹
per te merear coſequi, qd' nūc in hac arte deſidero. Pder te ſacra-
tissime Adenay Dabaoth. Qui viuis & regnas & regnas De-
us oīpo, incoſtitubilis & inacceſſibilis. Pder infinita ſecula ſecu-
lorū. Amen. **C** Deinde accipiat Val bñdictū, qd' qñdo aq̄
bñdicta fit bñdicti, & vtat eo ſic pro aq̄ bñdicta vñtū, qñdo fit.

O Mōtet ut operatrices artū in oīb' opatiōib' ſuis ſint in di-
ti veſtimētis lineis & albīs, bñne lotis, ſuper qbus ſuantur
30 Pentacula, cū acu, ſic ſup̄dictū eſt. Idakeat q̄ ſtiligas albas,
& in veſtimētis ſint ſcripti hī caratereſ ſeu ſignatula diſtincte.

~~220 Q̄ H̄ X̄ Ō H̄ C̄ C̄ H̄ C̄ :~~ Et ſcribant
cum penia & atramēto kali, quali iā ſepe dictū eſt. Et oīa
iſta fieri debet tēpore cuſtodie, q̄ nouē dieb' celebraſ, quib⁹ dieb⁹
oīa reliq̄ neceſſaria preparāda ſūt. Magister q̄ debet habe-
re in capite coronā, factā de pergamo virginico, facto modo
inſcripto. Et in circuitu Corone ſint līris aureis vel argē-

*Capitu-
lum. 6.
de veſti-
mētis.
& culca-
mentis.*

teis, vel de preciosiorib⁹ coloribus quos inuenire poteris scripta ista
 sacratissima noīa. **Vñ.** Agla. Aglai. Aglata. Aglaoth. cum ca-
 lamo ad ista deputato. Quilibet etiā sociorū gerat in capite coronā
 simili de pergamino virgineo, et in q̄libet corona sint cū pdictis co-
 lorib⁹ distincte descripti caracteres vel signa sequentia cū reueretētia
 et deuota intētione. **X P Q**
M T L D Et supra dicta vestimenta et calciamēta anteq̄ induant vel calcient, dicant cū deuotione
 psalmi sequentes. **Dñe.** Dñe dñs nr. 8. Dñe quis habitabit in. 14.
Deus misereat nři. 66. Quā dilecta taberna. 83. Fundamēta ei? 86.
 Dñe exaudi orationē meā, et clam. 101. Laudate pueri dñm. 11. Lauda-
 te dñm oēs gētes. 116. Dñe nō est exaltatū. 130. Sup̄ flumina babilonie
 illuc sedim? 136. Nisi dñs edificauerit. 126. Quib⁹ dictis, suffumigab⁹
 oīa vestimenta et calciamēta, suffumigatioib⁹ infra scriptis, et aspergas
ea aq̄ exorcizata cū ysopo, in modū crud⁹, dicēdo. In noīe Dñs, et filij, et
 sp̄issati. Amen. Et tūc induaste vestimenta sic bñdicta, qd⁹ et disci-
 puli q̄ faciat. Et induēdo se q̄libet pro se dicit. Indue me dñe vesti-
 mēto salutis, et tunica iusticie circūda me, ut per sc̄issimū nomē tuū
 Eldonay, et in virtute tua, valeā cōsequi qd⁹ desidero. Qui viuis et re-
 gnas Deus, per infinita secula seculoz. Amen.

Capitulū septimū de locis ad opus eligēdū conuenientib⁹.

Loca autē in quibus vis facere artē sūne experimētū debent
 esse secretū et absconsa aut deserta longe et sequestrata ab omni
 frequētatiōē homīn, et maxime ab omni muliez accēsione. Et lo-
 cus sit scopis bñne mūdatus, nitidus, spacioſus et secretus. Et si in virida-
 rijs fieri posset, opti⁹ esset, maxime si locus esset arborib⁹ et virgultis o-
 odoriferis consitus, in quib⁹ nihil intererit, si in die vel de nocte fieret.
 In quibūcūq̄ aut locis hoc feteris, ante initiu operis dicit sequētes psal-
 mos. **Vñ.** Quare fremuerūt gētes. 2. Deus in noīe tuo. 53. Deus mi-
 sereatur nostri. 66. Suffumigabis quoq; locū pdicti suffumigatione,
 et aq̄ exorcizata cū ysopo aspergas. Et sic locus rite preparat cū fuerit,
 leto animo incepere potes. **De institutione circuli aduerte.**

Magister itaq; cū discipulis, allatis vniuersis expeditētib⁹. Uci-
 piat cultellū aut artauū et faciat circulū, sic infra habet. Circulo
 vero peracto et suffumigato et signato, instructisq; discipulis per oīa
 et in oīb⁹. Et in sq; magis corroborat in Deo, anteq̄ cōuocare spiritū
 inchoat, (habeat cimbaliū, aut tintinabulū) quē pulsādo concrepet,

vesus orientē, meridiē, occidentē & versus septētrionē, & dicit. O vos omnes, qui scitis & cognoscitis, qd hic parati sumus & huc venimus in noīe dñi Dei Adonay Ebaoth ad cōiurādū & ad nrm seruitū & obediētiā cōnocādū vos. Estote igit parati, qr nō in nrā virtute, sed in virtute dñi Dei oipotētis Adonay vos cōiurabim⁹ & cōstringem⁹, atq viriliter cohertebe⁹ ut q̄ptotius nostrā impleatis voluntatem. Quā & obrem tintinabulū cōcrepauimus, ut audientes eius tintitū, sine excusatiōe sit⁹ ad obediēdū parati.

**Capitulū octauū de Ense, Cultello & Artruo & a
io līo instrumentis spectantibus ad artem.**

Decessariū est omnino in omni arte vel experimēto, vt habeat ensem, cultellū vel aliq instrumēta cū quib⁹ faciat circulū & alias operatiōes necessarias in arte. Igit⁹ fiat cultell⁹ instar hic depicti de ferr⁹ sudanicho. (puto velle diti, in incide malleato) cum capulo albo vel nigro. Et sū temperat⁹ cū sanguine anseris & succo pimpinelle equis pōderib⁹. Et fiat in die mercurij & hora mercurij, luna addēte luminc, & opet ab initio hore pme usq in decimā, in q̄ cōplete. Quo fact⁹, dicat quatuor miss⁹ cōmunes sup eo. Et scribatur super manubriū cū cinabrio exorcizato, cū stilo pparato sequentes Caracteres. **N** **A**. b. 3 **Q** **E** 3 **J** **J**. **J** **J** **I** **I** **I** **O** **T** **L** **L**

D **N** **N** **Q** **A** **A** **D** **O** **P** **Q** **I** **b** **V** **L** **X** **X** **X**? **C** Vero fuerint baculi vel virge debent esse virginēc de quocti⁹ ligno furent, & precise uno ictu cū predicto cultello, fructu supdicta solēnitate. Enses vero & lanceas, fac similiter die & hora, & modo predicto. Et scribatur sup laminā ensis & super ferrū lancee, cū stilo predicto, hec noīa sancta Dei. Ut. Alpha & O. Agla. Ya. Helyon. D̄i meumaton, & dicat super eas sequente cōiurationē cū attētione.

C Oniuro vos enses & lanceas, per hēc sancta noīa, vt nulli ex nobis quicq̄ noteatis vel damni aut impedimenti inferatis, sed potius in operib⁹ nr̄is adiutorio viō faueatis. In noīe D̄is & Fili⁹, & Sp̄isscti. Amen. Praeterius (sit notū tibi) qndocāq̄ clausula, In noīe D̄is, & Fili⁹ & Sp̄isscti dicit, cū tribus crucis signaculis manus dextra crucis signaculo facto pronūciant. Quib⁹ ita exactis, sp̄ergant aqua bñedicta cū ysp̄o. Deinde condāt in loco nūdo & ab oī imūditia sequestrato, donet eorū officio indigeas. Et cū similib⁹ Artruis, Cultellis, Lanceis, Ensibus, Baculis, & Virgis, poteris quascūq̄ velueris exercere artes seu experimenta.

Icona autem predictarum instrumentorum cuiusmodi esse debeant,
pro maiori declaracione Neophytus hic conspicua preponuntur.

Capitulum nonum de con-
structione Circulorum; et de in-
tritu in eosdem.




Quaili autem sic fiunt. Quoniam
stereris in loco ad hoc opus
destinatum, cum oib[us] requisi-
tis, sic super sepe citatum est. Aduice cul-
tellum tuum et fige illum in medio loci quan-
em elegisti ad constitendum circulum.
Et accipe cordam vel funiculum, noue-
pedum et paulo plus longitudinis, instar huius hic depicti cum
laqueo, sic 1 2 3 4 5 6 7 8 9

et pone in laqueum stilum aeneum, ferreum aut ligneum, Armauum
vix aplata nonne sectione et circumduc circulariter cordam cum arta-
uo, cuius aspis sulcit terram efficiens circulum, ab oriente verges in
meridiem et inde in occasum et septentrionem. Aduerte tamen, quia
in parte septentrionali oportet ostio ut per spaciū duorum pedū
dimittas spaciū apertum, ut per illud pateat porta ingressus et
exitus circuli. Ultra istū circulū alium ducas pari modo circulum
distante a priori per spaciū unius pedis, que in opposito porte prioris
circuli apertū dimittas pari spacio prioris. Et iterū pari modo
et ordine arabis circulū tertium, quod a secundo distet per spaciū me-
dij pedis, similiter in opposito dictarum circulorum portarum, dimittas
in isto eoru[m] qualitatib[us] aperturā pro porta, spaciū apertū. Dem-
um ab extremo circulo per spaciū unius pedis duc quadratum
tetragonū duabus lineis sic licet folio. 17. a. conscribere, ita tamen
sic etiā ibidem cernit, ut angulus unius tēdat p[ro]cise partē orientalem
versus, scilicet meridiem, tertius, occidem, et quartus septentrionem. In quo
libet autem angulo sint eque magnitudinis parui circuli, capaces
prunariū vel ollariū ad suffumigia spectates, sic alibi prelibi-
tū patet. Adueris supra folio. 15. a. et folio. 17. a. quis non ple-
ne, tam littera, quod schema p[ro]cise quadret huic lectioni. Oche-
ma namq[ue] superior duobus cernitur tetragonis fulctū, sequens
autem unius constat. Placuit et iuxta tenorem plibet lectionis et se-
quens pro maiori declaratio[n]e addere Ochema.

Croteris (si nimis he-
obtusus ingenio, ex lectione su-
ctione schematis seu circuli folio
Septemtrio. bes non fueris intellectu
Circuli folij. 76. optimū, si hic
ueris, componere artis cir-
do q̄ bene visa fuerint,

pra folio. 15. linea. 17. & ex inspe-
17. Similiter per cōsiderationē
enumerata & inspecta coaduna-
ciliū, addendo & subtrahē
& apta conspiciuntur.



Musq̄ in oībus & per omnia de- sit ignis exorcizatus. sicut nosti.

Veridies.

Dostq̄ rite circulū perficeris, cōsiderabis de introitu tuo cū discipu-
lis tuis in eundē. Igit̄ sic ferē intēdē dū est. Magister introdu-
cat socios per portā circuli, & statuat eos versus quatuor plagas mundi.
Et socius qui in porta versus septētrionē stat, habeat secū calamū cum in-
causto vel atramēto. Et unus illoz q̄ in reliq̄ partib̄ stat teneat ensem
nudū in manu, & tertius Lanceā, q̄rtus, cultellū vel artuū, batulū
seu virgam, quilibet qd iuxta mḡri preceptū. Maḡe aut̄ exeat e circulo
et accēdat forū ollarū, & imit̄at species oderis ferias exorcizatis in singu-

las. Cereū vel cindelā cereā habeat benedictā quā accessam iugiter tene-
at. **H**is prelibatis, reformet circulū, moneat atq; adhortet socios, cōfor-
tansq; in oīb; ne quū insolita viderint vel audierint, pusilanimos effecti
magnā causent cōfusionē & ingerat periculū. **V**agē suffumiget eos &
circulū & aspergat cū aq; exorcizata & ysopo tā ipso quā circulū. **P**oste
maḡe cōstitut⁹ in medio circuli cōuersus ad Orientē, incipiat oīa que
spectat ad artē, & proposuit & destinavit, vt assequi valeat q̄ desiderat.

Capitulū decimū de cōsecratioō specieō & suffumigatioō.

Arius est modus suffumigationū in hac arte & experimē-
tis, aliquando enim suauissimis fūt odoribus, qndq; impla-
cabilib⁹ & fetidib⁹ fūnt odoribus. De bñe & suauissimis fra-
gorib⁹, vt de Thure, Ligno aloe, Caffrano, Mirra, Costo, Dusco
Opica, & similib⁹ speciebus aromaticis, sup q̄s hāc deuote dic orationem.

Opus Albaā, Deus Ysahac, & Deus Jacob. **H**ūndit hanc crea-
turā. **M**. Et humiliter te deprecor, vt vim & virtutē odoris sui
augeas & amplifies, ita vt nulli⁹ hostis nequitia, illusio vel phantasma
in ea cohabitare aut intrare valeat. **P**er Chm dominum nostrum.
Amen.

Exorcizo vos oēs immūdos spūs, & oīa phantasmata inimi-
ci, in noīe Dei oīpotētē Dñis, & Filij, & Spūsc̄t̄. Amen. vt exeat ab
hac creatura. **M**. exorcizata & sc̄ificata per Deū oīpotētē trinū & v-
nū. Et per virtutē dñi nři Iesu Chū, q̄ se pro nobis obtulit Deo pa-
tri oīpotēti in odore suauitat̄, ita vt vbiq; virtus & odor hui⁹ speciei
perfugauerit vel ei⁹ ita⁹ attigerit, & accensa odor eius perfuderit
vt illuc nulli⁹ immūdi spūs illusio aut noctumētū appropinquare aut
attingere cudeat. **E**t res oēs imundi & nequissim⁹ spūs cū oīb⁹ com-
plicib⁹ vñi⁹ sit adiurati detis pronā obediētā & honore Deo oīpotēti tri-
no & vno. Qui viuit & regnat Deus per oīa secula sc̄loz. Amen.

Benedic Dñe Deus oīps creaturā istā. **M**. vt sit remedū nobis
cētra oēs neqtias inimici, & iuuamē ad effectū deducēdū opus nřm,
iuxta intētū & desideriū nřm. **P**er invocatiōē inuictissimi & glorio-
sissimi noīs tū, ita vt in quoq; loco fuerit vel odore ei⁹ perfugra-
uerit sit salus & tutela corporis & oīm assistētū, & iuuamē ad om̄e
opus inceptū ad optatiū finē perducēdū. **P**er te Adonay Dabaoth,
Qui viuit & regnas Deus, per oīa. cc. Deinde aspergas dictū v̄
p̄dictas species cū aq; exorcizata, sic sup̄ dī. Et reconde eas in pannū
sericeū mūdū, donet officio corundem habens, ad opus tuum.

Sequitur instructio, qualiter in ope igni accendi debeat.

Quam operari volueris fac ignē nouū de carbonib⁹ ⁊ pone illos
 in ollas vitreatas. Et super ignē actēsum priusq⁹ species impo-
 nas. **Dicas.** Exortizo te creatura ignis, per illū qui te cau-
 da creauit, ⁊ per illū qui in flāma igni Doyſi apparuit, ut sine mo-
 ra eijsat oīa fantasmata inimici, per inuocationē altissimi creatoris.
Dremus. Benedic dñe hāc creaturā tuā ignis, vt sanctificata reb-
 nedicta sit, ad laudē ⁊ gloriā ⁊ superexaltationē sanctissimi nōis tui,
 ⁊ vt nullū noctūmentū in ea sit, tā portatib⁹ ⁊ tractatib⁹ eā, qđ intuen-
 tibus ⁊ fouētib⁹ eā. Per dñm nřm J̄shm Ch̄m, qui venturus est in-
 dicare viuos ⁊ mortuos ⁊ scđm per ignē. Amē. **H**is dictis, pone species
 odoriferas in ignē, ⁊ fac frugatias suauissimi odoris. Deinde acci-
 pe de disto igni ⁊ pone in turribulū ⁊ adde iterū de specieb⁹ in turri-
 bulū ⁊ totū circulū intus per girū ⁊ in meditullio suffumigabis,
 qđ opare volueris. **E**s autē in aliq̄ arte vel experimēto oppor-
 tuerit uti suffumigia fetida, accipe sulphur, assam fetidā, pilos,
 cornua, ⁊ plumas, potius aīaliū villū ⁊ nigroꝝ qđ ecōtra, simul
 ⁊ quetiqđ reperieris fetidissima, ⁊ proiecte tā in prunarios qđ in tur-
 ribulū. sic dicēdo. **A**donay Sabaoth, Dñe Deus exercituū,
 per inuocationē sacratissimi nōis tui, assit nobis diuinū auxili-
 um tuū, vt per te hee species odoriferæ sint nobis proficue in oper-
 bus nřis quibuscumq;, ita vt oīs neqđissimi spūs phāasma aut il-
 lusio vel noctūmetū exeat ab eis, ⁊ bñdicit⁹ ⁊ sanctificant⁹, in vir-
 tute tua ⁊ in noīe tuo, pater sc̄issime. Qui viuis ⁊ regnas dñe. ic.
Deinde, Asperge illas aī exortizata cū ysopo, ⁊ sic odoriferas,
 25 repositas in mūdo sericeo pāno tenet, fetidas quoꝝ reponas, do-
 net earum v̄su necessitatis te vigeat.

Capitulum undecimum de Aqua ⁊ ysopo. **C**

Quia plerumq; in artib⁹ ⁊ experimētis, cū aqua ⁊ ysopo op-
 portet aspergi queꝝ. Ideo oportet sic exortizare vtrumq;,
 30 Primo, die mercurij ⁊ in hora ei⁹. Accipe vas paruum vel
 cuīusvis qđntitatib⁹ aut capacitatib⁹, dūmodo valde mūclū sit deter sit,
 qđ luculēta ⁊ mūdissima aqua implebis. Sal qđ adhibe, exortizaq;
 illud sit dicēdo. Sabaoth, D̄essias, Tetragramatō, Emmanuel
 el fortissime, Sanctificare ⁊ benedicere digneris hanc creaturā
 35 salis, vt sit nobis proficia ⁊ salutaris in oīb⁹ opib⁹ nřis. Quivi-
 uis ⁊ regnas Deus per oīa secula seculorū. Amē. Tūc sal mitte
 in aquā, dicēdo. In noīe D̄eis ⁊ filij, ⁊ Spūsceti. Amen. Postea
 ditat

dicat septē psalmos penitentiales super aquā. Vg. Dñe ne infū
rie tuo. 6. Beati quorū. 31. Dñe ne infūrie tuo. 37. Misere mī
Deus salm. 50. Dñe exaudi. 101. Deprofundis clamauī ad. 129.
Dñe exaudi orōnē. 142. Deinde Litanīa. cc. Postea hāc orōnē.

Clemētissime dñe Deus meus, adesto mīhi inuocātī te, ad
iūua scđm spem quā mihi tribuisti in te, tu em̄ nō despicias
ad te clamātes in multitudine miserationū tuarū. Deus
Abraā, Deus Isahac, Deus Jacob. Deus Seraphim, Cherubim,
Thronū, Dñationū, Virtutū, Mōritū, Principatū, Archangeloz
et Angeloz. Deus P̄d̄iartharū et P̄dropharū, Deus Ap̄loz et Mar-
tyrū, Deus Cōfessorū atq; Virginū. Ego indignus et p̄tor maxi-
mus te humiliter dep̄ecor, ut benedicere et sanctificare digneris hāc
Aqua cū sale in ea in noīe tuo missum, ut in quocūq; loco aspersa
fuerit, ibidē sit cohabitatiō salus sanitas corporz et cūxū, careatq;
locus oī illusione et nequitia inimici visibilis et inuisibilis. Per
dñm nīm Ihsū Chrm filiū tuū. Qui tecū vinit et regt i vni. cc.

De S̄persorio, sive Ysopo.
Siderorū, sine Ysopum sic facias. Uctipe, Salviā, Ven-
tam, Maioranā, Basilicū, et Ysopum, partes equales et
fac inde manipulū, quē stringas cū cordula, facta de filo, filato
a virgine, cui immittē manubrū de una nouella virga auela-
ne. Quo facto, reconde eū in locū mūndū. Quū ver eo vtī necessa-
rium fuerit, Scribe sup manubrū cum acu vel stilo preparato
ad similia, cum debita attentione distinete sequentes characteres.
III o + + + o cass II o V o X lll p q ff
effo Q. a. q c b' q U Q. c c c. d. Et sic rite preparato,
poteris eo vtī quādotungū libuerit, qz talis aspersio, abigit oīa
phantasmata inimici atq; oīs nequitias eius, dispergit longe,
ab omni loco Diuino auxilio astipulante, si debite oīa operāt.

Capitulū duodecimū de Lumine et igni in opīlū.
Mathematicus, qndo aliquā artē exercere voluerit, die
vel nocte, expedit vt habeat luminaria ad faciēdū cir-
culū, de nocte qd ad legēdū et ad cōsecratōes facienda
per necessaria, diu noctiū, qndotungū qd operis huius artis volue-
ris facere. Et semper die Mercurij et eius hora, luna crescente,
debēt oīa cōsecrari, deinde reponi in paños sericos, et in mūndis
simia loca recordi, quisq; qd artis facere volueris. Debēt autē fie-

vi die & hora predicta quatuor Cerei, quoy lichini gesipini singulata
a puella virgine. Cera aut sit virginea, hoc est de aliaco nouo & apud
nouiter educatiz & quib' cera prius non est ablata, de qua fiat quatuor
Cerei, quilibet ad pondus medie libra. Quin vero facti fuerit, scri-
bant cum acu vel stilo super singulos, cum attentiōe carceres sequentes.

○ H. O. A. A. H. Y. Y. 10. 3. 30. 211.

Deinde dicit super eos ieiunis, sequentes psalmos cum deuotione.
Benedic anima mea, pm̄. 102. & scdm. Benedic anima mea. 103. Lau-
date dum de celis. 148. Cantici triu puerop. Benedicte oia opera.

10 Et cantici Ambrosij & Augustini. Te Deum laudamus. & oratio.

Domine Iesu Christe fili Dei viui, con- 11 nem sequintem.
uertere omnē cogitatiū & intellectū in tuo & P̄d̄is tui, atq; sp̄
rituſſeti incessabili obediētia, timore, amore, laude, b̄ndictione,
superexaltatiōe & iugi b̄ndictione, ut vitā in me habeā. Adauge mi-
hi, fidē, spem, & charitatē. prudētiā & sapiētiā rem, & pſeueratiā per-
fectā, P̄d̄enitētiā de p̄terit, Emēdationē presentiū, & futuroꝝ caute-
lam & moderationē. Da mihi secundū magnā misericordiā & bonitatē
tuā, q̄ melius nosti mihi expediri quā ego sc̄iā petere, ad laude &
gloriā sacratissimi tui P̄d̄is tui & Sp̄uſſeti noīs, & ad salutē aīe &
corporis mei. Et nūc in simplicitate mea te dēp̄tor ut opus meum
prosperare digneris. Qui cū eodē Deo P̄die & Sp̄uſſato, viuioꝝ, &c.
Deinde dicit super Cereos. **E**xortizo vos Cereos, per illū qui
cūcta sola sua bonitate & nulla necessitate, creauit, ut a vobis ex-
pellātes abiūciatis omnē neqt̄iā & phantasmati inimici. Et virtus
25 altissimi, q̄ oīa creatu cū vidisset esse bona valde, & benedixit eis, il-
la virtus & b̄ndictio maneat in vobis, ita ut per vos in Deo om-
nipotēti, securi & absq; villa fallacia, illusioꝝ aut periculo, timore
pauore, operemur in noīe eiusdē Dei oīpotētis. Qui viuit & reg. ii.
Quib' dictis, Asperge illos aqua exorcizata, & accēde illos. Et
30 dic. **E**xortizo te creatura ignis, In noīe P̄d̄is & Filiū, & Sp̄uſſā
Amē. Et per ineffabile nomē Dei Adonay Letragrāmatō, ut
accipias vim & virtutē, coſtrīngēdi & r̄na nobiscū coarctādi q̄saq;
adūrauerim spiritus, ad coſentīdū nobis in quibuscū volueri-
mus, & appareat nobis sine fallacia, humiles, māsuēti & pacifici. In
35 noīe P̄d̄is & Filiū, & Sp̄uſſā. Amē. **C**hōstea accipiat Laternā,
sup quā scribat cū pena & atramēto, ſepe p̄dictio, hec sacratissima
noīa, per circuitū. Ag. Letragrāmatō. 717. Adonay, Salueth.

Et cuī quid exorcizare aut bñdicere vel legere volueris, immite in eā Candelā bñdictū. Et faciēdo círculū, unus discipulorū sequat magistrū cū Laterna & Candela in ea attensa. Ipso m̄ḡo operati & recitanti seu legenti quecumq; in arte expediunt, sine intermissione.

Capitulū tertiuū decimū loquitur genemliter recipitulan-
do omnia predicta & que deinde sequuntur.

Recipim⁹ & hortamus oēs Exorcizatrices hui⁹ artis, vt am-
te oīa per nouē dies cōtinue sibi succedētib⁹, ieiunet & se absti-
neat ab oībus illicit⁹, ab oī iñuidicia ab oī accessu mulie-
rū, vani & turpiloquo, mēdaciō & ceteris peccat⁹ q; coinqnāt hoīem.
vitet frequētationē hoīm, Maneat in sua camera seu cōclauī, &
abstineat se ab omni opere alieno. Nihil cogitat vel agat, preter ea q
ad artē spectant, exorcizando vel cōsecrando necessaria, diebus &
horis plibatis. Hoc autē tēpus custodie tēp⁹ nūcupat, q; oīa q; ad ar-
tē expediūt in his dieb⁹ p̄parat. Quod si nequiuierit expleri, faciat
Magister aliqua, ante q; custodia inchoet, dieb⁹ a horis Mercurij,
q; in plibat⁹ nouē dieb⁹, dies mercuri nisi bis obtingere nō potest, &
impossible est cōplere in duob⁹ diebus tm opus. In duob⁹ aut diebus
& noctib⁹ Mercurij octies hora eius euenire pot, & in reliquis diebus
paūlo minus, sic per figurā cīrcularē folij. 87. trutinare licet. Dies
vero custodie nisi ante inchoationē expimēti vel opis nō celebrant,
quib⁹ peractis, magis procedit cū discipulis ad locū opis destinatum.
& procedit in proposito suo ope, sic sup tactū est, cōstituēdo cīrculum
desideratū. Quū vero in cīrculo steterit cū sodalib⁹, moneat eos sic
plibatū est vt oīno in oīb⁹ ei obediāt, & vt nullus a leto qācūq; de cau-
sā se moueat, & ne timidi aut pauci se p̄beat, si obtigerit, sicut sem-
per aut pro maiore euenit apparere stupēda, & insup mōtes, turres
